Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-59745-p0001-2

III,50.

250.

III,50.

D. O. M.

SANCTISSIMÆQVE MEMORIÆ

PRINCIPIS SERENISSIMÆ

DN. SOPHIÆ AVGVSTÆ

REGIIS ET IMPERIOSIS GERMANIÆ PRINCIPVM FAMILIIS
CIMBRICA ELECTORALIQ. SAXONICA

PROGNATÆ

SERENIS. JOHANNI DIV. REC.

ANTIQVISSIMÆ STIRPIS ASCANIÆ PRINCIPI LAUDATIS.

FATO PROPITIO

NVPTÆ

IN ARCE COSVVIGIENSI

FELICIBVS AVSPICIIS A SE DIGNE INSTAVRATA
ET AMPLISSIME EXORNATA

A. D. XII. DECEMBR. A. C. cIↄ Iↄc LXXX.

CONTRA VOTVM PVBLICVM REBVS HVMANIS
CVM INGENTI ANHALTINATVS LVCTV

VICISSIM EXEMTÆ

VT

QVAM MODO SVPERSTITEM AC MORTALEM

FIDE CONSTANTI DEVM

HOMINES VIRTVTE ADMIRABILI DEMERITAM
OMNES PII PIE COLVERVNT

NVNC EHEV

IN DIRECTO GLORIÆ CVRSV VELOCITER DEFECTAM

SED INVICTAM ANIMO BEATEQ. DEFVNCTAM

AC IMMORTALEM

CVM OMNIBVS RELIGIOSIS RELIGIOSE LVGERENT
ET VENERARENTVR

IN FVNESTA MAGNI DOLORIS SIGNIFICATIONE
IPSIS EXEQVIARVM PRINCIPALIVM SACRIS

VI. ID. FEBR. A. P. R. S. M. DC LXXXI.

DESIDERIVM IMPLACABILE AD EXTREMVM TESTATI
HVMILLIMI OFFICII MVNVS SVPREMVM

DEVOTIONE SVBJECTISSIMA

JVSTE PERSOLVERVNT

PROFESSORES SORABEI.

SERVESTÆ,
Typis JOACHIMI Palmen/ Aulici Typographi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-59745-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-59745-p0004-9

Quæ nova cauſa datur luctus? Suſpiria quorſum?
Eheu mœſtitiæ quæ nova cauſa datur?
Ante dies meritos cecidit *Celſiſſima Princeps*,
Digna Senex Pylios exſuperare dies!
Dum, Conſervatrix quæ dicitur eſſe facultas,
Motu divexat viſcera ſpaſmodico.
Hoc eſt quod tanti nobis eſt cauſa doloris!
Quod triſti luget Civica turba modo!
Hunc gemimus Caſum, nitidis ubi mane capillis
Splendidus Eöis Phosphorus exit aquis.
Angit & ille dolor, ſolito cum marmore Phœbus
Emeritos condens ſiſtit anhelus equos!
Aſt ſibi quid luctus; Sibi quid ſuſpiria poſcunt?
Sublatam Terris in ſua Regna tulit
Ipſe ſator vitæ; Quæ gloria durat in ævum;
Nec pectus quatiens cura dolorque premunt.
Luctibus ergo modus detur, addaturque querelis,
Atropos, heu! ſurdis auribus iſta capit.

f.

J. Röſeler / D.
Aug: ac Potentiſſ. Elect. Brandeb:
ut &
Sereniſſ. Princ: Anhalt: &c.
à Conſiliis Medicis,
Conſ: Serveſt: Primar:
Phyſ. & Moral. Prof. P:
Anhaltinus.

Κοσβιγίηθεν ἔβη, ἀρχεῖον ἐάσασ' ἄμυμον,
Καὶ θάν', ἐπειχομένῳ νὺ Δασείχουσα πεδίλῳ
Ἤλθε, καὶ ἀγχιφανὴς ἐρέεινε θεὸν θυέεσσι
Ἄρτι Φιλοσόργοις, ταῖς εὐχωλῇς ἀγανῇσι,
Ἡγεμονὶς ΜΗΤΗΡ, τέκεθ' ἣ μὲν ἐοικότα τέκνα,
Εὐσεβίην τε καὶ εὐτυχίην μάκαρ, ἔργματα χερσί·
Ὄφρα πατὴρ ζώοντα φυλάσσων αὐτογένεθλον·
Σκηπτοῦχον γόνον εἰς χρόνον οὐ λήγοντα σαώσῃ·
Μή ποτ' ἐσαθρήσειε γαλήνην κυνδιάνειραν
Ζωῆς ἀσυφελίκτου, ἄρ' ἄφθιτα δώματα ναίῃ.

Teſtandæ pietati humillimæ

f.

THEODORUS CHRIST. RAUMER,
Illuſtr. Gymn. Anhalt. ProR.
& Prof. Publ.

Deſerit

Deſerit hunc orbem dum *FELICISSIMA PRINCEPS*,
Neſcio quid faciam? Gratuler an doleam?
Nam dum *vita* fuit felix *obitusq́;* beatus,
Jubila læta *SIBI* ſic meruiſſe reor.
Non voluit *Sapiens* felicem dicere *Crœſum*,
Regno præcelſum divitiiſque licet.
Quæritur hîc causa? Eſt verò promtisſima: Regem
Sors mala quod poſſet tunc inopina ſequi.
Aſt *Idem* voluit felicem dicere *Tellum*
Defunctum fato cum tegeret tumulus:
Scilicet *Hic* moriens (a) *Gnatos* relliquit *honeſtos*, *(a) Herodot: Hiſt: lib.1.*
Cum benè vixiſſet tùm ſibi tùm patriæ.
Quare dum *Tello* Princeps hæc Diva recuſat
Cedere, *QVÆ* vixit *QVÆ* moriturque benè:
QVATVOR â CELSO GNATOS QVÆ SANGVINE CRETOS
Rellinquit, *probitas QVOS* decoratque *fides*.
Verè, *judicio ſapientis*, TAM BONA PRINCEPS
Eſt felix vivens, eſt EADEM moriens.
Hinc mihi jure magis PRINCEPS jam velle videtur,
Quàm fletum & lachrymas, jubila læta ſibi.
Sed quanquam ILLIVS jam feliciſſima Sors eſt,
Sors tamen infelix deteriorque *piis*
Subjectis cecidit, dum NON-MVTABILE FATUM
Eripuit DOMINAM, quæ PIA MATER erat:
QVÆ, quò CELSA DOMUS SUA ſit fauſtiſſima ſemper
Atque *ſolum patriæ*, perpetuô petiit.
At quia REX SUMMVS, qui Regibus imperat orbis,
Accerſivit EAM? Nos ſiluiſſe decet.
Condecet aſt pariter, SANCTVM ET VENERABILE NVMEN
Flectere devotâ continuaque prece,
Ut PATREM PATRIÆ ſervet FRATRESQ; SERENOS
Clementer, fauſtos Neſtoreosque dies.

Humillimæ συμπάθειας declarandæ ergo

f.
JOHANNES FRIDERICUS VVERCKMEISTER.
Orat. Prof. P.

Xb 453
4°
ULB Halle 3
003 905 993
Sk
VD17
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-59745-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-59745-p0008-1

6

D. O. M.

SANCTISSIMÆQVE MEMORIÆ

PRI… …MÆ

DN. SO… …GVSTÆ

REGIIS ET IMP… …PVM FAMILIIS

CIMB… …ICA

SEREN… …REC.

ANTIQVISSIMÆ … LAUDATIS.

IN…

FELICIBVS AV… …STAVRATA

ET … …A

A. D. XII… …XXX.

CONTRA VOT… …HVMANIS

CVM INGE… …LVCTV

QVAM MODO… …RTALEM

FIDE … …M

HOMINES V… …TAM

OM…

IN DIRECTO GLO… …DEFECTAM

SED INVIC… …AM

CVM OMNIBVS… …RENT

IN FVNESTA M… …ICATIONE

IPSIS EXEQV… …ACRIS

VI. ID…

DESIDERIVM IMP… …TESTATI

HVMILLIM…

DEVOTIO… …A

PROFE… …I.

SERVESTÆ,
Typis JOACHIMI Palmen/ Aulici Typographi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-59745-p0009-0